

prava aggressoris principalis, quia Joannes imputatus fuerat de aliis quatuor homicidiis tumultuariè, & nequiter patris, de quibus indultum consequutus fuerat: & semel malus semper malus præsumitur in eodem genere mali, pluribus  
 27 Barbosa axiomat. 141. n. 1. de quo dixi, 2. de regim. cap. 8. §. 8. n. 6. ex Text. in cap. semel de reg. jur. in 6. l. si cui, §. iudem, ff. de accusat. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de rem. l. si ve possidetis, C. de probat. l. non ignorabit, ff. ad exhibendum, Martil. in d. l. 1. §. dixit, n. 50. ff. ad leg. Cornel. de scar. Carrer. in pract. d. tract. de homicid. & assassinio, §. homicidii autem species, num. 71. Blanc. in pract. crim. §. iis sic præmissis, n. 35. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 97. n. 21. Bajard ad Clar. §. homicidium, n. 23. Farin. d. q. 126. n. 161.

Sexta ex minis præcedentibus insurgat præsumptio animi deliberati, quia qui minas explicat, animum nocendi habet, Alexander conf. 180. n. 5. Tufchus lit. M. conf. 36. n. 3. Farin. d. q. 126. n. 204. Giurb. d. conf. 97. n. 2. Thoro d. 10m. 3. verbo homicidium appensatum, vers. Tertio ex minis præcedentibus, Mascard. d. concl. 97. n. 14. & concl. 98. n. 9. & seqq. Menoch. d. cas. 361. num. 39. qui extendunt ad eum, qui non solet minas exequi, neque similia facere: cum autem Joannes solitus fuisset similia patrare; multo magis in eum præsumptio animi deliberati urgebat.

29 Septima insurgat præsumptio, ex fuga ejusdem Joannis, statim arrepta, & per biennium continuata, usque dum captus, & carceri mancipatus fuit; fuga enim arguit dolum, & comprobatur deliberationem maleficii l. impuberibus, §. præterea, & ibi Gloss. verb. sententia sua, & §. item si quis, ff. de suspect. tutor. Farin. g. 48. n. 3. & d. q. 126. n. 206. Caballus cas. 288. n. 43. Giurba conf. 43. n. 25. ex nostratibus Ant. Gomez in l. 76. Tauri, n. 11. & var. tom. 3. c. 13. n. 10. Simancas de cathol. instit. tit. 65. n. 29. Vela de mod. proced. in delict. cap. 9. n. 7. Bernard. Diaz regul. 303. num. 4. Dueñas regul. 390. Cevallos g. 393. Bolaños in Cur. Philip. p. 3. §. tormento, n. 8. Thomas Sanchez in consil. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 11. Aillon. ad Gomez, d. c. 13. n. 11. verb. fugam etiam.

30 Octava & ultima præsumptio resultans ex actis erat inimicitia contracta inter Joannem, & occisum ratione ipsius festivitatis, quam impedire mina-

tus erat, & quod hæc suadeat animum deliberatum occidendi, docuit Barcol. in l. 1. in fin. C. ad leg. Cornel. de scar. Julius Clar. dict. §. homicidium, n. 6. Menoch. dict. cas. 361. num. 49. Franc. Marcus de cas. 361. num. 49. Novar. ad prag. Neapol. tit. de offic. magistr. jud. prag. 27. collect. 7. n. 3. Mascard. dict. conclus. 98. num. 1. Vivius decif. 282. num. 3. Farin. g. 49. num. 97. & d. quæst. 126. num. 177. 178. & 204. Cabal. de homicid. n. 290. Giurb. conf. 17. num. 4. Joan. Baptist. de Thot. dict. tom. 3. verb. homicidium appensatum, vers. & primo de inimicitia: quam decisionem nota, quia in specie simillima hujus facti fuit reum ad pœnam capitale condemnando. Ex nostratibus Antonius Gomez dicto cap. 13. num. 11. Cevallos g. 158. Aillon. ad Gomez ubi prox. num. 12. Ex quibus omnibus sententia diei 15. Decembris anni 1667. fuit Joannes Correas condemnatus ad pœnam ultimi supplicii, sed in gradu supplicationis ratione decreti obtenti à Principe, quo Aula jubebatur se benignè habere cum hoc reo, quia Principi servierat per aliquot annos tanquam famulus à pedibus, vulgò laçao, fuit pœna mortis naturalis commutata in pœnam mortis civilis, & sic condemnatus ad remigandum per decennium sententiæ diei 31. Januarii anni 1668. actuantibus Hieronymo de Antequera, & Blasio Francisco de Flores.

## CONTROVERSIA XXI.

De indulgentia, mitigatione, atque commutatione pœnarum.

### SUMMARIUM.

- 1 Facti questio in arbitrio judicantis est, pœna persecutio auctoritate legis reservatur.
- 2 Differentia inter indulgentiam, temperamentum, & commutationem.
- 3 Indulgere pœnas delictorum solius Principis est.
- 4 Princeps an sit solutus legibus.
- 5 Princeps indulgere potest pœnas delictorum.
- 6 Principes Hispani Christiana moderatione utuntur potestate indulgendi pœnas.

7 Princeps

- 7 Princeps solus indulget, vel remittit pœnas.
- 8 Vel cui specialiter sit concessum per Principem.
- 9 Quid in Castella, & Aragonia Regnis quoad hæc.
- 10 Consuetudo indulgendi, vel remittendi pœnas, non est attendenda in corporalibus; secus in pecuniariis, Dominis inferioribus applicatis.
- 11 Temperandi pœnas sine causa potestas, non residet in iudice qui minister, & executor est legis.
- 12 Accusatoris interest, quod reus puniatur.
- 13 Reipublica interest quod crimina executione pœnarum compescantur.
- 14 Iudex non debet esse clementior lege.
- 15 Pœna per consuetudinem introducta non potest sine causa per iudicem temperari.
- 16 Pœnam remittere, vel temperare, aut commutare, quoad juris effectum idem est.
- 17 Iudex pœnam absque causa temperando conscis criminis se ostendit.
- 18 Iudex in hoc casu, eadem pœna ac reus venit plectendus.
- 19 Iudex facere litem suam idem est, ac subijci pœna ipsius rei.
- 20 Iudex contra legem pœnas temperans sine causa, bona amittit.
- 21 Et infamiam incurrit.
- 22 Crimen lese majestatis committere dicitur.
- 23 Iudex pœnam sine causa augens, simili pœna venit plectendus.
- 24 Iudex ex justa causa pœnam temperare potest & debet.
- 25 Iudex ex justa causa pœnam augere potest, & debet.
- 26 Causa temperandarum pœnarum, remissiva.
- 27 Abusus iudicium in temperandis pœnis nocivus reipublicæ.
- 28 Hæc omnia cuncta, & provisiva reperiuntur per jus Hispanicum.
- 29 Commutatio pœna non est formalis, sed materialis dispensatio legis.
- 30 Commutatio pœnae, necessaria est quando reus non habet in are, ut luat in corpore.
- 31 Commutatio pœnae necessaria pariter est, quando legalis non potest cadere in persona rei, ob specialem causam.
- 32 Inhabilis ad remigandum restra commutationem exposcular, & sic de similibus.
- 33 Nobili delinquenti pœna legis ignominiosa debet commutari.
- 34 Commutatio pœnae corporalis in pœnam remigii quando faciendæ sit ex nostris legibus.
- 35 Commutatio virtute hujus dispositionis non est absolute intelligenda, sed eo casu quo reus potest ad triremes mitti.
- 36 Commutatio hæc inducta fuit, non ut pœna reis lenirentur, sed ut triremes facilius remigibus instruerentur.
- 37 Pœna capitalis non potest commutari ratione hujus dispositionis.
- 38 Pœna capitalis exigit specialem mentionem.
- 39 Pœna arbitraria sub nomine, non venit pœna mortis naturalis.
- 40 Commutatio hæc fieri non potest quoties jus tertii laeditur.
- 41 Commutatio pœnae pecuniariae in corporalem an possit fieri reluctantæ parte, cui pœna applicatur.
- 42 Commutatio de qua in nostra lege, non est de pœna pecuniaria, sed corporali.
- 43 Commutatio pœnae infligite Joanni Correas in prima sententia, an juxta dictam legem fieri possit.
- 44 Jussio Principis jus tertii præjudicare non valet.
- 45 Lex nostra concedit iudicibus tam inferioribus, quam superioribus facultatem dispensandi in pœnis legalibus.
- 46 Commutatio pœnae mortis naturalis, in civilem non infert præjudicium juri tertii.
- 47 Causa publicæ utilitatis prævalet particulari.
- 48 Instructio trireremium cedit in utilitatem totius Regni.
- 49 Temporis transcursum causa legitima est mitiganda pœna.
- 50 Princeps amplissimam facultatem obtinet dispensandi in pœnis legalibus.
- 51 Decretum Principis verbis deprecatoriis conceptum, continet expressam jussionem.
- 52 Remuneratio servitii legitima causa est mitigande pœnae.
- 53 Præceptum Principis de necando subdito contra id quod ex actis apparet, vel sine actis, an iudex teneatur exequi.

D. D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars I.



- 54 In aliquo casu atrocissimo, licitum est Principi ex propria conscientia necem hominis bono publico exitialis, delibere, & jubere.
- 55 Minister obtemperare debet iustioni Principis, etiamsi illi constet de iniustitia.
- 56 Merus executor, nullam habet cognitionem, & sic solum sunt partes ejus in exequendo.
- 57 Princeps semper presumitur legitima ex causa moveri in re graviore.
- 58 Prasertim quando decretum emanat mediante supremo aliquo ministro, in rebus iustitie Prasposito, & immediato superiore exequentis.
- 59 Sed limita casu quo decretum continet manifestum errorem, & intolerabilem iniustitiam.
- 60 Citationis defectus, vel ordinis judicialis, non reddit iustionem iniquam.
- 61 Princeps an possit aliquando tollere de sententiam reo.
- 62 Princeps tollere potest in casu specialisolemnitates juris, si reo nulla ad se ratio defensionis probanda.
- 63 Inferiori non licet investigare secreta Superioris.



**D**IXIMUS in controversia precedenti, quod pena mortis naturalis imposta per primam sententiam in Joannem Correas, commutata fuit per Aulam in poenam tempore per decennium, virtute Principis decreti, quo jubebatur ipsi Aula benignè se habere cum ipso reo; & merito dubitari potest an facultas commutandi poenas legales in Aula nostra resideat; quia juxta dictum Marciani in leg. 1. §. quorum 4. ff. ad Turpil. similis facultas ad judices pertinere non potest: verba Consulti sunt hæc: Nam ut Papinianus respondit facti questio in arbitrio est judicantis; pena vero persequutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur. Et quia materia hæc pulehra, atque subtilis videtur, prasertim quoad commutationem poenarum, inducam per Textum in leg. 4. tit. 24. lib. 8. recopit. à nemine ex nostratis explicatam, non abs te erit de ea speciale Controversiam exarare.

Et ut clarè dicenda percipiatur, differentiam constituere debemus inter

indulgentiam, remissionem, mitigationem, & commutationem poenarum; quia licet auctores juris de his omnibus indistinctim loquantur, re ipsa distinctum certum est. Indulgentia itaque est condonatio gratiosa facta per Principem reo alicujus criminis poenam liberaliter condonando, & in pristinum statum restituendo, de qua in leg. 1. & tot. tit. Cod. de sententiam passis, & restit. leg. 1. & tot. tit. Cod. de general. abolit. compositio, sive remissio est quedam de crimine transactio pretio mediante, cujus virtute poena remittitur de qua in leg. transigere 18. Cod. de transactio. nam licet Imperator in hoc Textu de transactione privatorum verbum institueret videatur, fisci nomine transigere de crimine consuetudine generali receptum est. Mitigatio poenæ est temperamentum in eadem sententia sumpto, poenam juxta facti qualitatem temperando ab acerbitate legali, juxta Textum in l. Hodie, l. aut facta, ff. de penis, cum similibus. Commutatio autem est unius poenæ in aliam translatio ratione impossibilitatis, aut alterius justæ causæ, ut in l. 1. §. fin. ff. de pen.

Indulgentia ergo quæ est expressa dispensatio legis poenam imponentis solum per Principem concedi potest: nam licet alicui dubitarunt, an in graviore criminibus jure divino, naturali, vel gentium poenam habentibus Principes possit indulgentiam concedere; ea nimirum ratione, quod Principes poenam indulget ex eo quod legibus imperat l. 1. ff. de consuet. Princip. §. sed & quod Principi instit. de jur. natur. gent. & civil. cum Principes non sit solutus legibus divinis, naturalibus aut gentium, ut patet, licet de facto indulgentiam concedat, de jure non possit recta cum ratione concedere, conatur probare Ant. Matthæus de crim. lib. 48. ff. tit. 18. cap. 15. quod attigerat Farin. q. 6. n. 15.

Sed potestas indulgendi generaliter prævaluit cum ex dictis juribus, tum etiam ex leg. fallaciter 9. Cod. de calumniator. h. rescripta 7. Cod. de precib. Imperator. offer. dict. leg. 1. cum seqq. Cod. de sentent. pass. l. 2. & toto tit. C. de general. abolit. cum aliis plurimis adductis per Titaquell. de poen. temper. in presat. n. 38. & caus. 16. & 17. Jul. Clar. in §. fin. quest. 11. n. 1. cum seqq. ubi Baiard. Farin.

quest. 1. n. 52. & q. 6. n. 2. cum seqq. Thefaurus decis. 21. num. 1. Maltril. de indul. cap. 2. num. 1. cum seqq. Montan. de regal. tit. de potest. const. Magistr. num. 32. Accacius Ripoll. de regal. cap. 23. num. 35. cum seqq. Giurba cons. 44. num. 40. Ant. Matthæus d. cap. 15. num. 1. Dominus Crespi observat. 5. num. 2. cum seqq. & ego dixi de regim. 1. tom. cap. 2. §. 1. n. 95. cum seqq. de jure nostro Hispano Text. in l. 1. tit. 32. part. 7. ubi Greg. Lopez & l. 1. tit. 26. lib. 8. recopit. ubi latè Azevedo; neque per hoc supra jus divinum, vel naturale, aut gentium Principem esse inferitur: nam licet prohibitio eo jure sit quoad culpam internam, animadversio hoc, vel illo modo faciendâ, de jure civili est, de quo Principes dispensat indulgendo; ut hi Auctores tradunt: Sed nota differentiam; nam de jure Romanorum quod Principi placebat legis vigorem habebat, ut ex dictis juribus percipitur; de jure autem nostro, cum Reges Christiana moderatione utantur, regia potestate, cunctaque ab auctoribus contrariæ opinionis obijciuntur, ut Principi hæc potestas denegetur, prævisa, & provisâ apparent in dict. leg. 1. tit. 16. lib. 8. recopit. & seqq. ut exceptio in atrocioribus, præjudicii tertii providentia, & alia, quæ quia infirmitati non sunt, libenter omittuntur.

Proxima huic est potestas remittendi solius Principis pariter, vel ejus cui specialiter concesserit, Text. in leg. relegari, & l. ad bestias ff. de poen. §. plane instit. de jur. natur. gent. & civil. ubi Bartol. & Bald. idem Bartol. in l. acti, §. amplianda, ff. de re judit. Felinc. in cap. quæ Ecclesiarum, num. 23. & sequentibus. de consuet. Boss. tit. de Principe, num. 227. Roland. cons. 4. num. 51. vol. 3. Tiber. Decian. tract. crimen. tit. de abolit. num. 94. Surdus cons. 53. num. 8. Sesse de inhibiti. §. 5. cap. 1. Borrel. de pres. Reg. Cathol. cap. 38. n. 10. & 22. Olascus decisio. 101. num. 1. & sequent. Maltril. de indul. cap. 2. num. 4. Farin. d. quest. 6. num. 2. cum sequentibus. Guazzin. defens. 2. cap. 9. n. 2. & 8. Giurba cons. 44. n. 40. apud quos plures, in Corona Aragonum Proregibus, & aliis Magistratibus inferioribus concessa specialiter per Principem hæc facultas reperitur, ut probant Sesse d. §. 5. n. 10. Peguera d. decis. 49. n. 1. latissime Dom. Crespi d. observ. 5. per tot. signanter n. 72. 100. & 144. de quibus dixi e. de regim. e. 2. §. 1. n. 95. cum seqq. & §. 3. n. 63. & cap. 4. §. 2. D. D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars 1.

n. 15. & c. 6. §. 1. n. 101. Sicut de Siculis, qui de Corona Aragonum sunt, testatur, Maltril. d. c. 2. n. 23. & 49. & Giurba d. cons. 44. num. 42. Quod intellige cum limitationibus adductis per Dominum Crespi, ubi proximè, quas ego pariter tetigi. In his verò Castellæ Regnis solus Princeps in supremo Consilio Camera indultus, sive poenarum indulgentias concedit, vel gratiosè, vel jura Fisci pecunia mediante componendo, ut latè probat Azevedo; neque per hoc supra jus divinum, vel naturale, aut gentium Principem esse inferitur: nam licet prohibitio eo jure sit quoad culpam internam, animadversio hoc, vel illo modo faciendâ, de jure civili est, de quo Principes dispensat indulgendo; ut hi Auctores tradunt: Sed nota differentiam; nam de jure Romanorum quod Principi placebat legis vigorem habebat, ut ex dictis juribus percipitur; de jure autem nostro, cum Reges Christiana moderatione utantur, regia potestate, cunctaque ab auctoribus contrariæ opinionis obijciuntur, ut Principi hæc potestas denegetur, prævisa, & provisâ apparent in dict. leg. 1. tit. 16. lib. 8. recopit. & seqq. ut exceptio in atrocioribus, præjudicii tertii providentia, & alia, quæ quia infirmitati non sunt, libenter omittuntur.

Temperandi, sive mitigandi poenam sine causa potestas in judice recedere non potest, quia cum sit dispensatio legis, non pertinet ad cum, qui est minister, atque executor, cap. non solum, e. qui malos 23. q. 5. Bobadilla lib. 2. cap. 2. num. 54. vers. Por esto el juez se llama, Xamar de offic. jud. quest. 16. num. 20. Quare in arbitrio ipsius non residet poenæ diminutio, vel augmentum l. 1. §. quorum 4. ff. ad Turpil. l. raine in princip. ff. ad municipal. l. si operis publici, Cod. de poen. cap. si quem poenaverit; §. notandum 1. quest. cap. 3. indicet; §. quest. 7. Cujus rei rationem tradit divus Thomas 2. 2. quest. 67. art. 4. in cor. ibi: Duo sunt quantum ad præpositum pertinet, circa judicem consideranda; quorum unum est, quod ipse habet judicare inter accusatorem, & reum; aliud autem est, quod ipse non fert judicii sententiam, quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate; duplici ego ratione impeditur judex ne reum à poenâ absolvere possit. Primo quidem ex parte accusatoris ad cujus jus quandoque pertinet, ut reus puniatur: puta propter aliquam injuriam in ipsum commissam, cujus relaxatio non est in arbitrio alicujus judicis, quia quilibet judex tenetur jus suum reddere unicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicæ, cujus potestate fungitur, ad



cujus bonum pertinet, quod malefactorum puniatur. Et demum postea differentia inter Principem, & judicem, concludit, quod in his quæ sunt determinata secundum legem divinam, vel humanam, non est iudicis misericordiam facere. Quod est idem, ac id quod dixerat Imperator in Authentice de iud. §. oportet, nempe quod iudex non debet esse clementior lege: ob quod Antonius Matthæus dicit. lib. 48. ff. titul. 18. cap. 5. numero 15. in fin. addit. id non clementis, sed crudelis iudicis est: & Xamar. cum Aristotele, dicit. part. 1. quæst. 18. numero 80. in fin. quod hoc non est clementia, sed publica clades. Sed elegantior ceteris Tertul. lib. 1. contr. Marcion. c. 27. ibi: Hoc erit bonitas imaginaria disciplina phantasma, & ipsa transitoria præcepta, secunda delicta. Quæ non solum procedunt in pœnis per leges præfinitis, sed etiam usu atque consuetudine receptis. Text. in l. quis reum, ff. de custod. reor. ibi: ac ne consuetudo ostenditur, quæ certam formam habet, l. c. de petit. honor. subl. ibi: plectendi consuetudine. Nam in pœnis arbitrariis per legem, illud certum est quod consuetudinem est, juxta doctrinam Bartol. in l. servum quoque, §. publicè, colum. 2. vers. & si in dicit, ff. de procurator, & in l. ult. post princ. vers. in criminis, ff. de privat. delict. plurib. Farin. g. 17. num. 45. Et sic iudex non potest recedere à pœna legis, vel consuetudinis sine causa. Imò si eam lenierit, aut omnino remiserit (quod effectu juris idem est per Textum in leg. servos, in fin. Cod. ad leg. Jul. de vi pub. ibi: crimen apud se probandum distulerit, seu omiserit, vel impunitate donaverit, aut molliorem quam præstitimus pœnam protulerit) se conscientius criminis offensit ipsius. Text. in leg. 2. Cod. de commerc. & mercator. in fin. ibi: & si iudex reperiunt non vindicat, regere ut conscientius criminosa festinat, quem ad hoc ut singulare notat Baldus ibid. Text. in cap. negligere 2. quæst. 7. ibi: nec caret scriptura societatis. Ex quibus eisdem pœnis subijcitur iudex quibus delinquens tenebatur, Text. in leg. nulli in fin. Cod. de sacram. Bapt. reiter. ibi: nisi ipse idem pati velit quod aliis distimulando concessit, l. in fin. Cod. de pagan. ibi: & similiter puniri Rectores provinciarum si facinora vindicare neglexerint, l. Christianis 6. Cod. eodem, ibi: Rectores etiam Provinciarum, & officia,

& Principales cognoscant se si non ipsalia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint, ut eos qui fecerint puniendos. Quod Practici, facere licentiam suam dixerit, de quo latè per Xamar. dicta prima parte, quæst. 17. per tot. & ex nostratibus Bobadilla lib. 5. polit. cap. 5. per totum. Et amplius iudex in famis efficitur. Text. in dict. leg. servos, Cod. ad leg. Jul. de vi pub. & bona amittit. l. 1. c. de desertor. lib. 12. ibi: si autem Reitor Provinciae proposuerit severitatem, vel gratiam, vel distimulationem distulerit, patrimonii aique existimationis damno subijcitur, & in officii primores capitaliter vindicatur. Imò & in hoc casu, in crimen læsæ majestatis incedere rescriptis Zeno in l. 1. Cod. de privat. carcer. ibi: Nam post hæc saluberrimam constitutionem, & vir spectabilis pro tempore Præfæctus Augustalis, & quicumque Provincia moderatus majestatis crimen præcise dubio incursum est, qui cognito hujusmodi scelere, læsam non vindicaverit majestatem. Et è contra si iudex pœnam à lege, vel consuetudine præstitam, sine causa auxerit, vel exacerbaverit eandem quoque pœnam pati debet, quam aliis injustè irrogavit, Text. in leg. lex Julia, §. fin. ff. ad legem Jul. reventundar. ibi: Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint, vel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant? Capite plecti debent, vel certe in insulam deportari ut plerumque puniti sunt. Per quos Textus, & alios plures, hanc doctrinam latissimè fundant Tiraquellus de pœn. temperand. in præfatione. numero 1. cum pluribus sequentibus. Morla in empot. titulo 1. quæstione 10. numero 19. Xamar. dicit. parte 1. quæstione 18. numero 8. & Farin. quæst. 17. num. 5. cum segg.

Sed iusta causa ex actis resultante, bene poterit iudex pœnam temperare, aut in totum remittere. Text. in leg. Hodie 15. Digest. de pœn. ibi: Hodie licet ei qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel graviolem, vel leviolem, ita tamen, ut in utraque modo rationem non excedat, leg. si severior 3. Cod. ex quibus caus. infam. irrog. ibi: & si severior sententia dici debuit, tamen, cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus motus mitiorem

mitiorem sententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abstinere jussit, transacto tempore, non esse te in numero infamium palam est: eo quod post biennium remississe tibi prohibitionem decurionatus videtur. Et patet pœnam augere ex iusta causa, ut in dict. l. hodie probatur, & in l. quid ergo 13. §. pœna gravior, ff. de his qui nor. infam. l. aut facta, ff. de pœn. Omnia per rationem regulando Text. in leg. perspicendum 11. in princ. ff. de pœn. probant Clar. in §. fin. quæst. 60. per tot. ubi Baiard. latè Farin. g. 17. n. 10. Xamar. d. 1. p. q. 6. n. 74. Ant. Matth. lib. 7. 4. ff. tit. 1. c. 2. n. 6. post. med. & lib. 28. tit. 18. c. 4. & 5. Quæ autem causæ legitimæ sint, ut pœna legaliter temperetur, tradunt Doctores passim in dictis iuris. Tiraquell. in dict. tract. de pœn. temper. Farin. quæst. 97. per plur. segg. Trullench. lib. 8. decal. cap. 1. dub. 2. n. 2. & Ant. Matth. d. c. 4. & 5. omnino videndus: nam in d. cap. 5. plures, ex causis vulgariter probatis ad mitigandam pœnam, tanquam à jure improbatas rejicit; concludens, quo pretextu clementiæ aliqui iudices in mitiorem sententiam inclinant, contra juris expressas sanctiones, quod quam perniciosum in republica sit, experientia ipsa demonstrat.

De jure nostro Hispano pariter hæc cauta reperiuntur; nam acerbè puniuntur iudex contra legem, sive consuetudinem sententiam in criminalibus profertens, Text. in leg. 19. titul. 1. lib. 2. for. jud. leg. 2. tit. 2. lib. 2. for. leg. l. 15. tit. 22. part. 3. & ibi Villadiego, Montalvus, & Gregori. Lopez, l. 14. tit. 26. lib. 8. recopil. ubi Azeved. num. 3. & 4. & in l. 1. titul. 1. d. lib. 8. numero 29. Aviles in cap. 1. Prætor. gloss. fel. num. 10. Garcia reg. 263. Gutierrez lib. 3. practice. q. 17. num. 6. & in repet. l. nemo potest, n. 86. ff. de legat. 1. Ant. Gomez var. lib. 3. c. 1. num. 5. & c. 6. n. 8. & utrobique Aillon Covarr. var. lib. 2. cap. 9. n. 8. Plaça in epit. delictor. cap. 33. numero 5. Diaz regul. 371. & 179. Avendaño lib. 2. c. 16. Prætor. per tot. Bobadilla lib. 5. polit. c. 3. num. 33. cum segg. & num. 51. Valquez controvers. illustr. c. 14. n. 4. licet per hoc non tollatur potestas mitigandi pœnam ex causa l. 8. titul. 31. part. 7. ubi latè Gregori. Lopez Avendaño in d. c. 16. Prætor. n. 3. lib. 2. Didacus Perez in l. 9. tit. 6. lib. 8. Ord. gloss. 1. Azevedo in d. l. 14. n. 4. cum dicit segg. Villalobos in arario, verb. pœna, Aviles in d. c. 1.

Prætor. verb. derachamento, n. 6. Bobadilla d. c. 3. num. 28. cum segg. sed hæc usufrequentia sunt, & nulla ferè agitur questio criminalis in qua dubium hoc non versetur.

Commutatio denique pœnæ, non est formalis dispensatio legis, sed materialis; cum æquipollens pœna subrogetur in locum legalis, utputa, quando pœna imposita per sententiam est pecuniaria, & reus non habet in bonis, quia hoc in casu debet puniri in corpore, juxta Textum in leg. 1. §. fin. ff. de pœn. de quo latè Farin. quæst. 26. per tot. de jure nostro d. l. 19. tit. 1. lib. 2. for. jud. ubi Villadiego num. 5. lib. 6. tit. 5. lib. 4. for. leg. ubi Montalvus, gloss. las orejas, quæ quidem subrogatio commutatio verè est, ut notat Salgado de reg. prolect. part. 2. cap. 8. num. 151. Vel quando imponenda juxta legem, cadere nequit in aliqua persona ex causa speciali; nam tunc commutatur arbitrio iudicis l. hos accusare 12. in fin. ff. de accusat. Gandinus in tit. de fals. col. 4. vers. sed cum hodie. Jul. Clar. §. falsum, n. 31. Alber. de Rosat. in leg. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals. Afflictis decel. fin. num. 18. ex nostratibus Anton. Gomez in leg. 83. Tauri, n. 13. Gregori. Lopez in l. 6. tit. 7. part. 7. gloss. 2. Azevedo in leg. 2. tit. 13. lib. 5. recopil. n. 7. cujus rei exempla sunt plura, ut si servus sit reus, ut in d. l. hos accusare in fin. Si condemnatus ad pœnam remigii impeditus tanquam valentius, si nobilis, & pœna ignominiosa sit, & crimen non exceptum; si femina & pœna sit opus metalli, vel quid simile: nam in his & similibus casibus pœnam aliam æquivalentem pro arbitrio imponit, quæ quidem pœnæ sortiuntur omnem effectum pœnarum sublatarum Text. in cap. Ecclesia, ut 35. lise pendente, l. si cum, §. qui injuria, vers. injuriarum autem, ff. si quis caut. & ibi gloss. Marfil. singul. 565. in fin. Cabal. cas. 103. num. 12. Guazzini. defensi. 32. cap. 3. n. 15. & sic rationem servare debet respectivè ad primam pœnam juxta dict. leg. hodie: quam omnes ad commutationem pœnarum allegant, licet meo iudicio non de commutatione, sed de arbitrio mitigandi, vel augendi pœnam ex causa, Ulpianus in eo Textu loquitur.

Similis commutatio est contenta 34 in dict. leg. 4. titul. 24. lib. 8. recopilat. quæ iudicibus mandatum extat, quod si



aliqui reperiantur condemnati ad penas corporis afflictivas, nempe mutilationis, exilii perpetui, vel similes, vel ad has penas condemnari debeant, si recte fieri possit, commutentur in poenam remigii: verba legis sunt hæc; que cada y quando que prendieren personas algunas, o tuviere presas por delitos, que por ellos deven ser condenados en penas corporales, sciendo los tales delitos de tal calidad en que buenamente pueda haver commutacion, sin hazer en ello perjuicio a partes querrellosas, sciendo condenados en penas corporales, o en cortar pie, o manos, o destierru perpetuo, o otras semejantes, o deviendo de ser condenados en las tales penas, les commute las dichas penas en mandarle en a servir a las galeras, por el tiempo que o pareciere. Quo in jure licet iudex non possit regulariter recedere sine justa causa ab impositione poenae legalis, conceditur facultas commutandi poenam corporalem in poenam remigii, ut expressè caveatur. Sed non inde sequitur quod concessa sit absoluta, & generalis facultas commutandi poenam quancumque ad arbitrium, seu voluntatem iudicantis, sed in hac tantum specie, quia hæc lex lata fuit eo fine, ut crimines facilius remigibus instruantur ad operationes maritimi belli, ut expressè habetur in leg. 12. ejusdem tituli. Ex qua ratione resultat quod in nobilibus, & cæteris, qui ad remigandum condemnati non debent, nec possunt, similis commutatio locum non habet, quia cessante sine legis, cessat & ejus dispositio. Late Anguiano de legibus, libr. 3. controv. 9. Carleval. de jud. tom. 2. tit. 5. disput. 2. num. 13.   
 37. Secundo infero, quod in hac lege non est concessa facultas commutandi poenam, quando capitalis imposita est, vel imponenda venit, sed casu quo poena est minor capitali: & ratio est, quia poena ultimi supplicii non venit in generali nomenclatione poenae corporalis, sed requirit specialem mentionem, probant Alexander conf. 121. n. 3. vol. 7. Cardinalis Tusch. lit. P. concl. 236. num. 37. & 40. Guazzini. defensi 33. c. 7. num. 5. Giurb. conf. 14. num. 15. cum autem in d. leg. 4. non sit specialis mentio de poena ultimi supplicii, ideo sequitur non posse commutari virtute hujus Textus dispositionis. Tum etiam quia

una lex ab alia interpretanda est. non est novum 26. l. sed. & posteriores 28. ff. de legib. ubi comm. Doctores Caball. cas. 105. n. 24. & sic noster Textus debet interpretari per alios de hac commutatione specialiter loquentes, & in primis per l. 6. eodem tit. 24. lib. 8. recopil. ibi mandamos que en todos los casos, y delitos donde ha de haver pena arbitraria en que conforme a la calidad del caso, y de las personas les havia de ser puesta pena corporal, aquella se commute en verguenca publica, y servicio de las galeras. De mum per leg. 10. in fin. eodem titulo, ibi lo mismo se entienda en todos los casos, y delitos en que huviere de haver pena corporal arbitraria. Et tandem in leg. 7. tit. 2. eodem libro 8. ibi: aquella se commute en verguenca, y ocho años de galeras, salvo si la resistencia fuere tan calificada, que para el exemplo de la justicia se deva y convenga haer maior castigo. Ex quibus clarè sequitur nostras leges non loqui de poena legali ordinaria, sed de arbitraria, nempe de ea qua arbitrio iudicis mitiganda est, juxta tradita supra, n. 1. cum segg. Cum poena arbitraria regulariter non intelligatur de morte naturali, quae ordinaria dici solet Gram. vol. 48. num. 2. Jul. Clar. §. fin. q. 33. & 83. Cabal. cas. 92. n. 3. Thef. decif. 12. n. 9. Farin. q. 17. n. 12. Guazz. defens. 33. c. 16. vers. altera opinio.   
 Tertio infero, quod quoties adest pars formalis cujus interest poenam legalem imponi, non est locus huic commutationi, ut expressè caveatur in dicit. lib. 4. ibi: sin hazer en ello perjuicio a partes querrellosas, quod de jure procedit juxta Text. in l. fin. Cod. de abolit. l. 2. Cod. de precib. Imper. offer. l. aquisimum, ff. de usufruct. Grammat. vol. 35. num. 7. & conf. 34. n. 1. & 15. Farin. quest. 6. n. 18. Sesse. decif. 178. n. 1. & 2. de inhb. c. 1. §. 5. num. 23. & 108. Pont. de pœst. Prærog. iii. de provis. fier. sol. §. 4. num. 12. Baiard. ad Clar. §. fin. quest. 59. n. 52. & segg. Caball. cas. 58. n. 1. cum segg. Thef. decif. 18. n. 10. plurib. relatis Giurb. conf. 37. n. 6. & 7. ubi dat rationem. Et licet aliqui tenuerint procedere quando parti applicanda esset pars poenae pecuniariae, ut videtur de mente Gloss. in l. venias, c. de in jus vocand. ubi Dec. n. 9. Gram. d. conf. 34. n. 1. & vol. fin. circa fin. Menoch. de arbitr. cas. 96. n. 1. Farin. d. q. 17. n. 71. secus est in terminis nostrae legis, quae non loquitur de poenis pecuniariis, sed de corporalibus

ut in Text. patet, & tamen in ea cavetur quod commutatio fiat, sine præjudicio partis querellantis.   
 43. Quibus sic positis, & ex ipsius Textus verbis resultantibus, discutiendum remanet an in specie, d. controversia 20. recta cum ratione faciendae esset commutatio: nam videbatur obstar secundam & tertiam illationes, nempe quod capitalis poena debebatur, & aderat jus tertii scilicet accusatoris, aut querellantis formalis, qui erat Tutor filiorum occisi. Neque dici poterat hoc sublatum reperiri per decretum Principis, quo jubebatur benignè Aulam se habere cum reo: quia hujusmodi rescripta contra jus tertii impetrata, nullius efficacie sunt, juxta Textum, in l. nec Avus, c. de Eman. liber. l. quoties, ff. de precib. Princip. offer. cum aliis per me adductis, de regim. tom. 1. cap. 4. §. 7. num. 3. & 18. juncto Text. in l. tit. 2. §. lib. 8. recopil. ubi Azevedo. pluribus congerens, num. 3. cum segg. Quo in casu Iudex non tenetur obtemperare, pluribus Farin. q. 97. num. 25.   
 44. Sed nihilominus commutationem procedere decilum fuit: quia tota ratio propter quam Iudex tenetur poenam legalem imponere, est quia tanquam executor legis, & non auctor, debet eam ad executionem deducere, & sic caret potestate dispensandi, commutando poenam: sed in nostra specie per dictam l. 4. expressè conceditur, eicunque iudici facultas commutandi poenas in casu illius Textus: ergo utendo ea facultate potuit Aula poenam commutare, & aliam, remigii nempe illius loco subrogare.   
 45. Neque hoc impeditur per quærelam partis offensa, quia licet in eadem lege caveatur quod commutatio debeat fieri sine præjudicio partis querellantis, ex commutatione poenae mortis naturalis, in civilem, nullum præjudicium sequi potest quoad interesse, in quo jus præcipuum consistit, juxta sententiam Doctorum allegatorum, supra. num. 42. Et quoad vindictam, quia ferè equalis consequitur per unam quam per aliam, juxta ea quae notavetam, in d. regim. cap. 2. §. 1. numero 109. Signanter causa legitima interveniente, qualis est illa instruedarum treremium, quae ordinatur ad publicam utilitatem, quia publicè est interest quod remigibus abundent ad bellicas operationes maritimas, per quas Arces instruantur commearu, por-

tus tuerentur, commercia tota remanent, & inimici compefcuntor. Et sic nisi crimen sit ex atrocioribus adeo, ut publice expediat executio instantanea, poenae legalis commutatio procedit, ut in fine ejusdem Textus perspicue dicitur. Quae verificabantur in nostra specie: nam licet crimen ex atrocioribus diceretur, executio instantanea fieri non poterat, cum biennium & amplius decursum fuisset à die patrii criminis usque ad captivam, memoria illius nec recens erat, nec talis ut publicam, & acerbam vindictam exposceret, quia cursus temporis per se causa est poenae mitigandae: Text. in l. si dicitur nos, ff. de penis Tiraquell. de pen. temper. caus. 29. per totam, Jul. Clar. quest. 60. num. 28. Cavalcan. de Bracc. reg. parte 4. num. 99. Farin. quest. 10. num. 84. cum segg. Guazzini. defens. 2. cap. 3. numero 2. cum segg. ex nostratibus Covarr. var. lib. 2. cap. 9. numero 12. Anton. Gomez, in leg. 76. Tabri, numero 6. & tom. 3. cap. 1. n. 7. & 8. ubi Ayllon.   
 Deinde, quia licet regulariter poena ordinaria commutari non possit, ex mente harum legum, in nostra specie aderat decretum Principis id habentis, qui quidem dispensandi quoad benignitatem, facultatem concedebat, cum Princeps amplissimam potestatem habeat dispensandi, tanquam lex vivens, sors, & origo totius jurisdictionis temporalis: & quamquam in decreto verbis deprecativis uteretur, vim habebant jurisdictionis expressè ex traditis per Salicetum, in l. si vero, Cod. ad leg. Jul. de adult. Tiraquel. de pen. temper. conf. 59. numero 1. Afflictis, decif. 69. num. 5. Menoch. de arbit. cas. 344. num. 13. Ceucedo, canonib. car. quest. 45. numero 20. ex nostratibus Humada, in l. 49. tit. 6. Gloss. 3. parti. Bobadilla, lib. 1. polit. c. 18. numero 63. Azevedo, in l. tit. 1. lib. 4. recopil. num. fin. pluribus Salgado, de reg. protect. 1. part. cap. 2. n. 154.   
 Neque injustum decretum dici poterat, quia, ut dictum remanet, juri tertii præjudicium nullum sequebatur, neque publice vindictae, cui satisferebat per impositionem poenae mortis civilis, subrogata in locum naturalis, ex justa causa, nempe remuneratione servitorum peccorum Principi praestitorum, Text. in l. 2. §. cum Apus, ff. d. orig. jur. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. l. 1. ff. de Constit. Princ. pluribus Farin. quest. 97. num. 140. & ex nostra



nostratibus Plaza in *epit. cap. 32. num. 2. cum seqq.* Et sic Judices non poterant excusari ab obligatione parendi, sub prætextu injustitiæ, quia nulla continebatur in decreto, præsertim quando præceptum tenebat ad benigniorem poenam imponendam.

53 Sed casu quo decretum acerbitatem contineret, nempe mandatum expressum imponendæ poenæ capitalis, dummodò de intolerabili errore, vel injustitia non constaret expressè judici, tenebatur obtemperare mandatum exequendo. Quia in aliquo casu atrocissimo, cujus sceleris vindicta publicè expedit, potest Princeps, etiam si non proberur in actis, vel contrarium in eis probatum sit, ex propria conscientia reum ad mortem condemnare, & executionem de facto imperare, ut de Moysè testatur factum 2. *Exod.* quo narratur occisio Ægyptii, Hebræorum percussoris, cujus rei executio approbatur per S. August. S. Ambros. S. Hieronymum, S. Thomam & alios quos refert P. Matquez, in *gubern. Christi lib. 6. §. 1. & in terminis probat Text.*

54 in *cap. in memoriam 19. distinct.* & de jure nostro in *l. 51. in princ. tit. 18. part. 3. ubi Montal. & Gregor. Lopez,* & sic tenuerunt Albericus, Felinus, & alii, quos sequitur, & laudat doctissimus Præsul Covarruvias, *variar. lib. 1. cap. 1. num. 7. vers. Princeps tamen,* idem tenet D. Th. 2. 2. q. 64. art. 2. in *corpor. ubi Caietan. Paulan. in 4. sentent. dist. 37. quest. 2. art. 1. Bartol. in l. 1. C. ut que defuncti advocat. Plaza, in epit. delictor. cap. 36. num. 13. prope fin. vers. cum si aliquis homo, Sotus de just. & jur. lib. 5. quest. 4. art. 3. Martienzo, in *dial. relat. 3. parte cap. 22. Villalobos, tom. 2. tract. 14. differ. 4. n. 7. Lessius, lib. 2. cap. 29. dub. 11. numero 96. Sairus, in clavi, lib. 12. cap. 8. numero 22. Bonacina, tom. 2. Theol. moral. disput. 101. quest. 2. tract. 2. numero 4. Malder. in 2. 2. tract. 6. dub. 14. §. sexto dico. Franc. Silvius, in 2. 2. quest. 67. art. 3. conclus. 6. Diana, part. 2. tract. 5. Resol. 98. vers. limitatur tamen. Morla, in *empor. lib. 1. tit. 2. quest. 2. num. 5. Filiucius tract. 29. cap. 2. quest. 7. numero 30. eleganter notat Agidius Trullench, lib. 8. in decalog. cap. 1. dub. 13. num. 6. cum duobus seqq. & pluribus relatis Solorzano, de jur. in *diar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. ex numero 94. & in politica, lib. 3. cap. 29. Quam conclusionem, & ego teneo in Principe supremo tantum, non verò in Prælegè,****

vel alio quovis administro, per ea quæ Doctores laudati docent, signanter Diana, *ubi proxime.*

Cum autem in hoc casu Princeps legitime possit mortem hominis imperare, Judex cui executio committitur, tenetur obtemperare, executioni mandando, etiam si ei ignotum non sit crimen vel causa, imò licet sciat injustam justificationem, dum non contineat intolerabilem errorem; Text. in *cap. pastoralis, 28. §. quia verò, de offic. & potest. jud. delegat. ibi: & si sciat sententiam illam esse injustam, exequi nihilominus tenetur.* Et ratio est quia merus executor, nullam habet cognitionem, ita Menoch. *de arbitrar. lib. 1. cap. 38. numero 10. pluribus Augustinus Barbof. in d. cap. pastoralis, §. quia verò, numero 12. & seqq. Sayr. in clavi, lib. 12. cap. 18. numero 17. Michaël Salon, in 2. 2. quest. 67. artic. 4. in fin. Sanchez, consil. moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 18. numero 5. Ctenus, in leg. rescriptis, numero 11. vers. verumtamen si verum est, C. de precib. imper. offer. Abbas, consil. 84. numero 7. part. 1. Gandin. de poen. reor. numero 60. vers. item nec pro occiso jussu Regis Matquez, in *gubern. Christi dist. lib. 1. cap. 10. vers. 9. conforme a. esta doctrina se habe emendat. Xamar de offic. jud. dist. 1. part. 9. numero 46. & q. 3. numero 35. Cum in dubio semper præsumendum Principem, præcipue Christianum, cui assident administri integerrimi, peritissimi, atque prudentes, ex causa justa moveri, leg. relegati in finem, ubi Gloss. ff. de poen. Clement. unic. de probat. cap. cum à nobis, de testibus, docent Jul. Clar. dist. q. 60. numero 15. & 16. Xamar. d. q. 3. numero 37. & 38. signanter quando præceptum dimanet per manum administri superioris, immediatè prepositi ab ipso Principe in rebus justitiæ: quia tunc cessat omnis præsumptio præva indignationis, aut alicujus similis affectus injulti, aut præcipitati consilii: quo in casu inferiori non licet seruari conscientiam Principis, ut plures ex Doctores superius laudatis notarunt. Et rationem tradit Honoratus Montanus, tract. de regalibus, simul. de potest. consilii. Magistr. numero 16. vers. ego vero, ibi: quia ob ejus supremam majestatem non est requirenda causa ejus quod facit: cum semper præsumatur facere, cum causa. Quæ quidem procedunt quando judici exequenti non constat de justitia, vel**

vel de injustitia justificationis, & si de injustitia aliquid constet, est in re dubia vel probabili: secus si injustitia manifesta sit, vel error intolerabilis, ut in tormentis Martyrum, & sic similibus. Nam tunc etiam cum dispendio vitæ tenetur Principem consulere, executionem differendo, aut aliter se excusando: cum qua distinctione loquitur Divus Thomas 2. 2. quest. 64. artic. 6. ad 3. & sequuntur Pater Marquez, dist. cap. 10. & Trullench. dist. cap. 1. dub. 12. num. 1. conferunt etiam plura adducta per Dominum Larrea, allegat. fiscal. 116. n. 8. omnino videndus.

Neque ex defectu citationis, vel observationis ordinis judicii iniqua reddi potest jussio; nam etiam si id judici cui executio commissa est, innotescat, ut illi Doctores tradunt, justa de causa potest Princeps tollere defensionem reo: & signanter casu quo Principi, & tribus aliis probatis viris, notum est crimen atrocissimum, ita ut per eorum depositiones, si opus esset, iuridicè comprobaretur: si enim in isto casu adest causa publicæ utilitatis impediens publicationem criminis, poterit occultè interfici reus, sine citatione, vel judicialibus probationibus, quia absque gravi jactura salutis publicæ, modo ordinario puniri non valet: cum in his terminis manifestum sit reum nulla posse juvari defensione: ita Lessius, dist. dub. 11. numer. 100. & 101. Thomas Sanchez dist. 1. parte, consil. moral. lib. 3. cap. unic. dub. 4. numero 5. & 6. Trullench. d. cap. 1. dub. 13. numero 11. vers. quarto si crimen.

62 Quæ conclusio generaliter procedit, etiam judicialiter procedendo, quoties pars non potest actum impedire, quia crimen est notorium, vel nullam potest allegare defensionem: sic tradit Rota, decis. 58. in novis. Paul. de Castr. in leg. quia poterat in fin. princip. ff. de Trebell. Felin. in cap. qualiter & quando, de accusat. Anton. Gabriel. lib. 2. communium opin. titul. de citation. numero 332. pluribus Solorzano, ubi proxime & Salgado, dist. cap. 2. numero 540. Conferunt valde tradita per Bellugam in *specul. rubric. 11. §. compendiosè, numero 11. cum aliis perpensis à me, de regim. tom. 2. cap. 8. §. 9. numero 72. Neque hoc ut novum rejici potest, nam poenam mortis exequi contra inauditum frequentissimum est, ut putà in adulteris, ut perpendebam, d. contro. 11. numero 8. cum seqq.*

& in Bannito, sive forjudicato, ut Doctores passim tradunt, de quo infra latius dicetur.

Sed hæc rarissime exequenda sunt, 63 quia licet dari casus possit in quo cuncta prælibata verificentur, neque passim evenire possunt, neque hac potestate uti Princeps debet, nisi quando malo occurrenti aliter subveniri nequit, propter scandalum inde subsequiturum; imò si aliquando fiat, cessante causa, impediens publicationem motivi, tenetur populo satisfacere, ut D. Covarruvias docuit, loco supra relato.

Si enim hæc justè fieri possunt per Principem supremum, & judices tenentur exequi modo prælibato, quando mandatum continet impositionem poenæ acerbissimæ ultimæ supplicii; multò magis obtemperare tenentur quando præceptum tendit ad mitigationem poenæ legalis, quam Princeps per indulgentiam in totam tollere potest, ut ex dictis apparet. Cum in Principe prævalere clementiam pulchrum sit: eleganter ad rem Divus Ambrosius, in *Mich. 5. 5. ibi: 64 imitami ergo, Imperatores, exemplum divinum, ut suis in statuendis legibus severiores, in exigendis suppliciis misericordes. Severitas legum insolentem restringat audaciam, misericordia Principis reos subtrahat poenæ.*

## CONTROVERSIA XXII.

De homicidio patratò per aggressum, vel insultatum ad sui defensionem, & de poena.

### SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur, & n. 9.
- 2 Duobus tantum circumstantibus, si uterque vulneratus evadat, unus ab alio vulneratus præsumitur.
- 3 Nemo sibi vulnus inferre præsumitur.
- 4 Aggressor quis sit, conjecturis probari potest.
- 5 Aggressor præsumitur, qui offensus reperitur antecedenter, & causam vindicandi se, habebat.
- 6 Aggressor præsumitur occisus, vel magis vulneratus.
- 7 Contrarium.
- 8 Antonii Gomez opinio favet huic præsum